



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Caroli-Avgvsti Salesii Tvlliani Doctoris Theologi,
Praepositi, Canonici, Vicarii Generalis Et Officialis
Ecclesiae Gebennensis: De Vita Et Rebus Gestis Servi Dei**

Sales, Charles Auguste de

Lvgdvni, 1634

Protestatio Avctoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9634

PROTESTATIO AVCTORIS

AUCTOR adverte, ut si quæ in recensendis elogiis, ac gestis hujus Præsulis, hoc libello complexus fui, ultra mores illius, ac vitæ sanctitatem, & populorum erga eundem obsequia, superantia vires humanas, quæ miracula videri possunt, & ad futurorum præsentia, revelationes, & alia beneficia in mortales collata quoquomodo trahi valeant; ita tibi propono, ut nolim accipi, tanquam ab Apostolica Sede examinata & approbata, sed ut ea quæ à sola Auctorum fide pondus obtineant; nec ideo aliam, quàm humanam historiam sapiant. Quare etiam inhærendo Decretis fel. rec. Urbani VIII. cum declarationibus ab eodem editis, quoad venerationem, & cultum firmiter testatum volo, me hisce lucubrationibus nolle quidquam venerationis, aut cultus majoris ejusdem tribuere, vel famam, & opinionem sanctitatis ejusdem augere, nec illius existimatioi aliquid adjungere, ullumque gradum facere ad futuram quandoque illius canonisationem, aut miraculorum comprobationem, sed omnia à me relinqui in eo statu, quem hisce meis lucubrationibus seclusis per se obtinerent, non obstante quocunque longissimi temporis cursu. Hoc tam sancte profiteor, quàm decet eum, qui sanctæ Sedis Apostolicæ obsequentissimus filius haberi cupit, & ab illa in omni sua actione dirigi.

CAROLVS AVGVSTVS DE SALES;
Præpositus Ecclesiæ Gebennensis.

PROLOGUS AD VICTORIAM

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through.